manuscript

Klosterneuburg (?) 13. Jh. Seite 2v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1014
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



tuorum. Vox
ecclesie. Introduxit me
rex in cella
ria sua. Ex
ultabimus
et letabimur
in te. memores uberum
tuorum super

Introduxit me rex .i. c. s. Per spem in eternam beatitudinem induxit. Plus per omnimoda bonorum copia quam iam dulcedinem regni celestis prelibavi. que michi in celis parata sunt ipso revelante cognovi. Moxque ad eum conversa qui sibi hoc revelat gratias agit pro beneficiis

Exultabimus. animo cum bona voluntate operabimur.

Exultabimus. Quamdiu memores erimus donorum doctrinarum tuarum. Memores. Super austeritatem legis vel desideriorum que inebriant.

Memores uberum tuorum. Rursus sponsa in penetrale ingressa. adulescentule autem illius prestolantur adventum lactate concinunt pro sponse perfectione memores uberum. et recti diligunt ad carnalium sponse refertur.

Sponsa in penetrale sponsi ingressa revertitur ad iuvenculam et nunciat eis.

Exultabimus. quasi non de preceptis muneribus ipsi nos extollamus. sed te memores per omnia quanta pietate austeritatem legis gratia fidei euangelice mitigare dignatus es. Ideo non in nobis sed in te exultabimus. quia recti omnes diligunt te.

Memores illa. que maiorem iam tuorum uberum lacte perfruitur. nos quoque non quod diligimus sed diligemus. deinde locuntur ad sponsum. recti diligunt te.